Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum Confessoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53072

Visual Library

nem facit *miſeriarum* hujus vitæ; Quintum, quia nos liberat à *periculis peccatorum*; Sextum, quia eſt tranſitus ad *meliorem vitam*. *Craſſet de Bona morte, c. 2.*

FESTUM CONFESSORIS.

Imitatio Sanctorũ. THESIS I. *Mortuus erat, & revixit,* Luc. 15. v. 24. Sancti reviviſcunt in nobis per Imitationem. I. *Generantur* enim, cùm moribus concipiuntur. II. *Grandeſcunt*, cùm ſimilitudo perſeverat. III. *Moriuntur*, cùm ſimilitudo iterum deſtruitur.

Laus. THESIS II. *Omnia ſimul in te Uno habentes* Tob. 10. v. 5. Adeſte Mortales, & encomium mecum illius conficite; Moderatorem, qui thronis inſideris; Plebei Legislatorem; Literarum Studioſi Præceptorem; Virgines Pronubum; Conjugatæ pudicitiæ Magiſtrum, omnes Patronum honorate. *S. Gregor. Naz. de S. Baſilio.*

THE-

THESIS III. *Magnificavit Dominus Joſue coram omni Iſraël.* Joſue 4. v. 14. I. Magnus Officio. II. Magnus Merito. III. Magnus Prœmio. IV. Magnus Suffragio. Primum & ſecundum in terris, tertium, & quartum in cœlo. *Laus.*

THESIS IV. *Memoria Juſti cum laudibus.* Prov. 10. v. 7. Cujus tota vita (ſcilicet Hieronymi) Studium, Pœnitentia, Morbus.

THESIS V. *Paſcet unusquisque eos, qui ſub manu ſua ſunt.* Jerem. 6. v. 3. Triplici fructu paſcit Domini gregem. I. Paſcit *Vitâ.* II. Paſcit *Doctrinâ.* III. Paſcit *Interceſſione. S. Bern. ſerm. de S. Benedicto.*

THESIS VI. *Imitatores mei eſtote.* 1. Cor. 4. v. 16. Imitatio Sancti eſt generatio alterius Sancti. I. Aliqui Sanctos *admirantur.* II. Aliqui Sanctos *imitantur.* III. Aliqui nec admirantur, nec imitantur. *Imitatio.*

THESIS VII. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Matth. 5. v. 44. I. Zelus hujus Sancti meretur admirationem,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quando ex inimicis fecit amicos Veritatis. II. Patientia ipſius meretur admirationem, quando inimicis ſuis ceſſit, qui ipſi intulerant mortem. *Diction. Apoſt.*

THESIS VIII. *Dans gloriam Deo. Rom.* 4. v. 20. I. Sanctus hic unicè quæſivit gloriam Dei ſuo Labore ac Studio. II. Purificavit verbum Dei ſua Oratione. III. Confirmavit ſua bona Vita. *Id.*

FESTUM VIRGINIS.

Caſtitas triplex. THESIS I. *Eò, quòd Caſtitatem amaveris.* Judith. 15. v. 11. I. Bona Caſtitas *Conjugalis.* II. Melior Continentia *Vidualis.* III. Optima Perfectio *Virginalis. Beda hom. in 1. Dom. Epiph.*

Virginitas theſaurus. THESIS II. *Simile eſt Regnum Cælorum theſauro abſcondito.* Matth. 13. v. 44. I. Quæ cura & labor, donec quis